



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Antonius de Andrade.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

nam cum crucifixo prodijt,  
& tenerimam omnium cō-  
plorationem dictione arden-  
tissimā concitauit, ac spe-  
ctaculum impediuit. Cofa-  
nes, diros populos, adiit; &  
ex ijs quadringentos ad sa-  
cri fontis. Sacramentum  
pellexit. oppida tria condi-  
dit. Barbarorum nonnulli  
simulatā specie amicitiæ illi  
per iter obuij, & gratulati,  
illum, ob fidem peregrinam  
prædicatain, in aquam men-  
se Martio per pontem dedē-  
re præcipitem. Literæ de  
illo submerso datæ 18. Mar-  
tij.

18. Mar-  
tij.

P. Antonius de Andrade.

Ab anno 1600. in orien-  
tis India impiger laborauit. *Lusitanus.*  
Iter in Tibet suscepit penes *Go.e.*  
Gangem, per cæca, varia, *19. Mart.*  
horrida itinera repta bundus *1634.*  
*atat. 54.* *Soc. 38.*

iii-

Itinera.

B.V.

Fides.

inter frigora tam acria vt ei  
 digit i pars congelata deci-  
 derit . Tandem in montem  
 excelsum euasit, vbi Gangis  
 natalis est locus . Rex Ti-  
 betanus ad bellum profe-  
 cursus , ad Antonij se pedes  
 abiecit, benè sibi ab eo dici  
 petens . Templum Beatissi-  
 ma Virginis à spe ibidem cùm  
 conderet , ipsi Proceres Ti-  
 betani operas adiuuabant .  
 Ægro inter summos dolores  
 conspecta Deipara dolorem  
 omnem abstersit,cùm dixit :  
*Iam, fili, nihil tibi dolebit am-  
 plius . Veneno demum in-  
 terijt, in morte iterum Dei-  
 paræ præsentia & allocutio-  
 ne recreatus . Venenum se*  
 illi porrexisse gloriatus est  
 filius cuiusdam , in quem ,  
 tanquam suspectum & no-  
 tatum de hæresi, multa ege-  
 rat,

rat, eratque aetatus Antonius à Sacra Inquisitione Deputatus. Depulsos, eius nomine ac ope post mortem implorata, morbos fama est constans. Ita P. Albertus Mescinski febrem semestrem discussit: & mulier transuersam in utero prolem, breui felicique nixu enixa est, ac exempta periculo: alterius tumidum genu ad P. Antonij sepulchrum confessim confanuit. Illud quoque mirum, quod eius cadaver seorsim ab alijs conditum, in imposito marmore suam effigiem, tanquam coloribus expressam, reliquerit: id quod veneni vi factum existimabant nonnulli; sed aliter sensere, cum effigiem illam è marmore eradi non posse videbunt.

*Imago in  
sepulcro.*

P. Man.